HIERONYMUS
um 836/859 Seite 29r
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38178
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek



inquit zelũ meũ in te quem exercent tecũ
in furore; zelus enim meus est et iam inter hostes
fidei non seruate; nasũ inquit tuũ et aures
tuas praecident quasi adultere et de prae
hensae in stupro ut deformata placere
desistas; Quomodo enim in facie omnis
pulchritudo oris in nariũ decorem consistit.
Et in auribus equib; in feminis uniones
et margarita dependent. Ita dignitas regis
et iudiciũ quae in ore auribusq; signatur.
eorũ gladio praecidetur; ipsi filios tuos et
filias tuas capient tuos inquit et tuas non
meos et meas quia de adulterio generati sunt
et cetera uorabuntur in incendio; et denuda
bunt inquit te uestimentis tuis quibus te
ornaueram et uasis gloria et uę quae tibi
ad cerimonias templi aurea argenteaq;
concesserã. de quibus scriptũ est; ego dedi
eis aurũ et argentũ et ipsi fecerunt ea Bahal;
haec autẽ omnia faciam ut perdita pulchri
tudine et uultu uenefico detur pato quies
catali quando scelus tuũ et fornicatio quam
didicisti et exercuisti in aegypto ut post